



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Eusebiu Tu Pamphilu Ekklesiastikē Istorìa

Eusebius <Caesariensis>

Mogvntiae, 1672

XI. De ultima internecone hostium Christianae religionis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14478

Cumque acrius adhuc & vehementius ab intimis usque medullis eum inflammatio torreret, oculi quidem ipsi exsiccarent, & ex propriis sedibus avulsi, cæcum eum reliquerunt. Posthæc nihilominus adhuc spirans; multa spondens Domino, mortem advocabat. Tandemque ob contumelias quibus Christum affecisset, merito hæc se perpeti confessus, animam exhalavit.

CAPUT XI.

De ultimo exitu hostium Christiana religionis.

Huc refer
Niceph.
1.7, c. 39

IN hunc igitur modum sublato è vivis Maximino, qui solus ex religionis hostibus adhuc relictus omnes improbitate superavit; Ecclesiarum quidem ædificia omnipotentis Dei beneficio ab ipsis fundamentis renovata extruebantur: Christi que doctrina ad gloriam summi omnium Dei resplendens, majore quam antea libertate frui cœpit. Impii vero & religionis hostes, summo dedecore atque ignominia afficiebantur. Primum enim Maximinus ipse hostis publicus ab Imperatoribus renuntiatus, edictis publicè propositis impiissimus ac detestandi nominis, Deoque invisus tyrannus appellatus est. Sed & imagines que ipsi liberisque ejus honoris causâ posite per singulas prope urbes visebantur, aliæ è sublimi dejectæ confractæque sunt; aliæ inutilis reddite, obliterato scilicet nigris coloribus vultu. Statuæ quoque quotquot honoris ejus causâ erectæ fuerant, dejectæ similiter atque coneritæ, cunctis qui illudere atque insultare voluissent, ad ludibrium & contumeliam expositæ fuere. Posthæc ceteri etiam religionis hostes cunctis honoribus spoliati sunt. Omnes denique qui à Maximini partibus stabant; qui præ reliquis Provinciarum Rectoribus ab eo culti & ornati, ut ei assentarentur, adversus religionem nostram insolenter debacchati fuerant, capite plectuntur. Ex quorum numero fuit Pientius, in summo honore ac veneratione ab eodem habitus, & sodalium omnium longè carissimus: quem ille iterum ac tertio Consulem & Præfectum ac Procuratorem summæ rei creaverat. Et Culcianus omnibus similiter Magistratibus & provinciarum administrationibus perfunctus, qui & ipse innumeris Christianorum cædibus apud Egyptum incluserat. Alii

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΑ'

Περὶ τῆς αὐτῆς ἀπολείας τῆς Θεοσεβείας Ἱεροσολύμων.

Οὕτω δὲ τὰ Μαξιμίνου ἐκποδὼν Ἰεροσολύμων, ὅς μόνον ἐπὶ λείπων τῶν τῆς Θεοσεβείας ἐχθρῶν, ἀπάντων χεῖρας ἀναπένετα. μετὰ δὲ τῆς τῶν ὀκνησιῶν ἀνανεώσεως, καὶ Θεμελιῶν χεῖρσι Θεοῦ ἕκαστου κρατοῦσαι ἐβόησεν, ὅτε Χειρὲς λόγος εἰς δόξαν τῆς τοῦ Θεοῦ δαλάμπων, μείζονα τὴν προῦθεν λαμβάνει παρρησιάν τὰ ἃ τῆς δουλοσεβείας τῆς Θεοσεβείας ἐχθρῶν, αἰχμητικῆς καὶ ἀκαταμάχτης ἐνεπίπλαστον. πρῶτον τε ἠρώτησεν οὗτος Μαξιμίνος, ἀπάντων πολεμιῶν ὑπὸ τῶν κρατίων ἀναγορευθεῖς, δουλοσεβείας τε καὶ δυσωνυμίας τε καὶ Θεομισίας τε τυράννος διὰ χειρογράμματα τῶν ἡμοίων ἑπιτελεῖσθαι γράφαι ὅσα μὲν αὐτῷ αὐτῶν παίδων καὶ πάσαν ἀνέκωνο πόλιν, καὶ μὲν ἐξ ὕψους εἰς ἐδάφους ῥιπίεμμοι σπείροντο, αὐτῶν τὰς χειροσώψεις ἡχρεῖντο, σπείροντο χρώματι καλαμελανεμένοι ἀδρανῶν ὁμοίως ὁπόθεν εἰς τὴν αὐτὴν ἡμιλὴν διαστρέφονται. ὡσαύτως ῥιπίεμμοι σπείροντο ὡσπερ ἡ παιδιὰ τοῖς ἐνυβρίζου καὶ ἐμπασσοῦ ἐβέλουσι ἐκκείμενοι· εἶτα ἢ καὶ τῶν ἀπὸ τῆς Θεοσεβείας ἐχθρῶν πάσαι αἱ ἡμιλὴν σπείροντο· ἐκτείνοντο ἢ καὶ πάντες οἱ τὰ Μαξιμίνου φρονεῖτες, ὅθεν μάστιγα τῶν ἐν δόξῃ ἀξιωμασίν ὑπὸ αὐτῆς τελμημιῶν, τῆς αὐτῶν κολακείας σοφὰρως ἐνεπαρόντων κατὰ ἡμᾶς λόγῳ· οἷος ἢ ὁ πᾶσα πάντα αἱ ἡμιλώτατ' καὶ αἰδεσιμώτατ', εἰς αὐτῶν γησιώτατ', Πευκέτι. διτύπατ' καὶ τριτύπατος, καὶ τῶν καθόλου λόγων ἐπαρθεῖς πρὸς αὐτὴν καθεσμένον. Κελκιανὸς τε ὡσαύτως διὰ πάσης δεχικῆς προσελθὼν εἰσεβείας. ὁ καὶ αὐτὸς μὲν οἷος τοῖς κατὰ Ἀγγλίας χριστιανῶν ἐλλαμπῆσι ὁμοῖος αἱμασίν ἄλλοι.

τε Ἰπὶ τούτοις οὐκ ὀλίγοι, δι' ὧν μάλιστα τὰ τ'
 Μαξιμίνα τυραννίδος ἐκρηλαίετο τε καὶ ἠύξε-
 το. Ἰσάβη δ' ἄρα Ἐθεοτέκνου ἡ δίκη, ἐδάμωσ
 τὰ καὶ χριστιανῶν ἀπὸ πεπραγμένα λήθη
 ἠδ' ἀδίδωσα. ἐπὶ μὲν γὰρ τῶ καὶ Ἀντιόχειαν
 ἰδουθέντι παρ' αὐτῆς ἑορῶν δόξας ἐνημερεῖν,
 ἢ ἢ καὶ ἠγεμονίας ἠξίωτο ἠδ' Ἐ Μαξιμίνα. Λι-
 κίνιος δ' Ἰπὶ τῆς Ἀντιόχειαν πόλεως, Φω-
 ρῶν τε γοητῶν ποισάμυρος, τὰς Ἐ νεοπαγῶς
 ἑορῶν Περσφητας καὶ ἱερεῖς βασιάνοις ἠκίετο.
 πῶι λόγῳ τὴν ἀπάτην καὶ ὑπεκρίνοντο πω-
 τανόμνος. ὡς δ' ἐπικρύπτει αὐτοῖς πρὸς τῶ
 βασιάνων σιλωανομένοις ἀδύνατον ἦν, ἐδή-
 λων ὅ τὸ πᾶν μυστήριον ἀπάτην τυχεῖν
 τέρη τῆ Θεοτέκνης μεμηχανημένην. τοῖς πᾶ-
 σι τὴν ἄξιαν ἐπιθεῖς δίκην, πρῶτον αὐτὸν Θεό-
 τεκνον. εἶτα ὅ καὶ τὰς τ' γοητείας κοινωνῶς, μὴ
 πλείσας ὅσας αἰκίας, θανάτῳ ἠδ' ἀδίδωσι.
 τούτοις ἀπάσι προσετίθει καὶ οἱ Μαξιμίνα
 παῖδες ἕως ἡδὴ καὶ τῆς βασιλικῆς ἡμῆς, τ' τε
 οἱ πῖναξι καὶ γραφαῖς ἀναθέσεως πεποιήσ
 κωνῶς καὶ οἱ συγγενεῖς ὅ Ἐ τυραννῶ τὸ πρῶν
 ἀνυχνῆς, καὶ πᾶτας ἀνθρώπους καὶ ἀδύνα-
 σευ ἐπιημένοι, τὰ αὐτὰ τοῖς προδεδηλω-
 μένοις μὴ τῆς ἐχάτης ἀτιμίας ἐπαχον, ἐπεὶ
 μὴ ἐδέξατο παιδείαν, μὴ ὅ ἔγνωσαν μὴ ὅ συ-
 νῆκαν τὴν φάσκισαν ἐν ἱεργῶς λόγοις ἠδ' ἄ-
 κέλευσιν, μὴ πεποιθεῖ ἐπ' ἀρχοντας ἐπὶ ἡ ἕως
 ἀνθρώπων, οἷς οὐκ ἔστι σωτηρία. Ἐξελεύσεια
 τὸ πνεῦμα αὐτῆ καὶ δὸς πρὸς εἰς τὴν γῆν αὐ-
 τῆ ἐν ἡμέρῃ τῆ ἡμέρῃ ἀπλῆνται πάντες οἱ
 διαλογμοὶ αὐτῶν. ἔτω δ' ἡττα τῶ δυσσεβῶν
 ἐκκαθαρέθων, μόνοις ἐφυλάττειο τὰ τῆς
 προσηκῆς βασιλείας βέβαιά τε καὶ ἀνεπίφ-
 θονα, Κωνσταντῶ καὶ Λικινῶ οἱ τὸ πρόθεν
 ἀπάντων ἐκκαθαρόντες τῆ βίβι τὴν προεχ-
 θείαν, τῶ ἐκ Θεῶ πρῶτα νευθέντων ἀγαθῶν
 αὐτοῖς ἠδ' ἡμένοι, τὸ Φιλάρετον καὶ Θεοφιλῆς,
 τὸ, τε πρὸς τὸ θεῖον εὐσεβῆς καὶ ἐνχαίρειον διὰ
 τῆς ὑπὲρ χριστιανῶν ἐνεδείξατο νομοθεσίας.

A praterea non pauci, à quibus potissi-
 mum confirmata & aucta esse Maximini
 tyrannica crudelitas videbatur. Por-
 rò etiam Theotecnum ad supplicium
 vocabat divina Justitia, ihaudquaquam
 oblita eorum quæ ille adversus Christia-
 nos perpetraverat. Etenim ob simula-
 crum illud quod Antiochiæ consecraverat,
 prosperiore fortuna uti visus, etiam
 Præses provinciæ à Maximino factus
 fuerat. Sed cùm Licinius Antiochiam
 venisset, & præstigiatores pervestigare
 ac deprehendere instituisset, inter ce-
 teros etiam novi illius simulacri Pro-
 phetas & Sacerdotes tormentis subje-
 cit; qua ratione fraudem concinnaf-
 sent interrogans. Qui cùm veritatem
 amplius celare non possent vi tormen-
 torum adacti, totiusque mysterii scen-
 nam à Theotecno arte quadam com-
 positam fuisse faterentur; Licinius me-
 rito supplicio cunctos afficiens, pri-
 mum quidem Theotecnum ipsum: de-
 inde reliquos fraudis ac præstigiarum
 confcios ac participes, post plurimos
 cruciatus interfici jussit. Adjecti sunt
 his omnibus etiam Maximini liberi;
 quos ille jam Imperii confortes & titu-
 lorum atque imaginum participes fec-
 cerat. Denique propinqui omnes ty-
 ranni, qui fastu & insolentia elati cun-
 ctos mortales potentia sua oppresse-
 rant, eadem cum illis quos supra me-
 moravimus summa cum ignominia
 perpeffi sunt. Quippe qui disciplinam
 non accepissent; neque admonitionem
 illam intellexissent ac percepissent quæ
 in sacris literis sic edita est: Nolite con-
 fidere in Principibus, in filiis hominum
 in quibus non est salus. Exibit spiritus
 ejus & revertetur in terram suam: in
 illa die peribunt omnes cogitationes
 eorum. Sic igitur omni malorum col-
 luvie expurgata, solis Constantino ac
 Licinio Imperium quod ipsis compe-
 tebat, firmum nullique obnoxium in-
 vidia remansit. Qui cùm beneficiorum
 quæ à Deo acceperant sibi conscii es-
 sent, ante omnia impietate è medio
 sublata, studium virtutis, divini Num-
 inis amorem & pietatem, gratumque
 erga Deum animum, latis pro Chri-
 stianorum religione legibus declara-
 runt.

2 fol. 145

Τέλος τῆς ἑβδόμης ἐκκλησιαστικῆς
ἱστορίας.

Finis Libri noni Historia
Ecclesiastica.